

- Item tria vela a galeis facta de duobus velis navium.
- Item duo vexilla parva ad figuram beati Marci.
- Item quinque bottisellas ab aqua.
- Item unum galionem cum una arbore . una antena . et duo-
 - bus timonibus . quod est in terzenali Ancone.
- Item quatuor cassas in quibus inventum fuit sagittamentum
 - quadrellorum quarum una est quasi plena ipso sagit-
 - tamento.
- Item unam gondolam et unum batellum quasi destructa
 - totaliter.
- Item unam gondolam.
- Item duo trabueca cum cassis et perticis.
- Item unam arborem navis.
- Item unam rotam lapideam ad admolandum.
- Item quatuor manilia ferrea pro sartis comittendis.
- Item duo vela rupta et vilia cum tribus ancoris inventa in
 - quodam ligno capto supra Firmum.
- Item unam segam magnam ferream.
- Item viginti remos.
- Item medium unius drappi ad aurum.
- Item unum vexillum seu stendale magnum album cum figura
 - beati Marci de zendado.
- Item unum vexillum panni lini ad dictam figuram.
- Item unum aliud vexillum panni lini ad dictam figuram.
- Item unam banderiam zendadi rubei cum uno leone albo.
- Item duas banderias zendadi rubei cum tressis seu virgis
 - albis.
- Item duas banderias zendadi celestis et zalli cum liliis.
- Item unam aliam banderiam panni lini eiusdem coloris.
- Item tres banderias panni lini rubei et albi ad tressas.
- Item duas banderias panni lini cum tressa alba in medio.
- Item tres banderias panni lini rubei cum tressis rubeis et albis.
- Item unum vexillum zendadi ad figuram symie parvum. •